



CORPUS THOMISTICUM
<http://www.corpusthomisticum.org/qda01.html>

Sancti Thomae de Aquino
Quaestio disputata de anima.

[Textum Taurini 1956 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Articulus 3
Tertio quaeritur utrum intellectus possibilis, sive anima intellectiva, sit
una in omnibus.

Et videtur quod sic.

Arg. 1. Perfectio enim est proportionata perfectibili. Sed veritas est perfectio intellectus: nam verum est bonum intellectus, sicut philosophus dicit, VI Ethic. Cum igitur veritas sit una, quam omnes intelligunt, videtur quod intellectus possibilis sit unus in omnibus.

Arg. 2. Praeterea, Augustinus dicit in libro de quantitate animae: de numero animarum nescio quid tibi respondeam. Si enim dixero unam esse animam, conturbaberis, quod in altero beata est, et in altero misera: nec una res simul beata et misera esse potest. Si unam simul et multas esse dicam, ridebis; nec facile mihi unde tuum risum comprimam suppetit. Si multas tantummodo dixero esse, ipse me ridebo, minusque me mihi displicentem quam tibi proferam. Videtur ergo esse derisibile in pluribus hominibus esse plures animas.

Arg. 3. Praeterea, omne quod distinguitur ab alio, distinguitur per aliquam naturam determinatam quam habet. Sed intellectus possibilis est in potentia ad omnem formam, nullam habens actu. Ergo intellectus possibilis non habet distinguere; ergo nec multiplicari, ut sint multi in diversis.

Arg. 4. Praeterea, intellectus possibilis denudatur ab omni quod intelligitur; quia nihil est eorum quae sunt, ante intelligere, ut dicitur in III de anima. Sed, ut in eodem dicitur, ipse est denudatus a seipso; et ita non habet unde possit multiplicari in diversis.

Arg. 5. Praeterea, in omnibus distinctis et multiplicatis oportet aliquid esse commune: pluribus enim hominibus communis est homo, et pluribus animalibus anima. Sed intellectus possibilis nulli aliquid habet commune, ut dicitur in III de anima. Ergo intellectus possibilis non potest distingui et multiplicari in diversis.

Arg. 6. Praeterea, in his quae sunt separata a materia, ut dicit Rabbi Moyses, non multiplicantur nisi secundum causam et causatum. Sed intellectus hominis unius, aut anima, non est causa intellectus aut animae alterius. Cum ergo intellectus possibilis sit separatus, ut dicitur in III de anima; non erit intellectus possibilis multiplex in diversis.

Arg. 7. Praeterea, philosophus dicit in III de anima, quod idem est intellectus et quod intelligitur. Sed id quod intelligitur est idem apud omnes. Ergo intellectus possibilis est unus in omnibus hominibus.

Arg. 8. Praeterea, id quod intelligitur est universale, quod est unum in multis. Sed forma intellecta non habet hanc unitatem ex parte rei: non enim est forma hominis in rebus nisi individuata et multiplicata in diversis. Ergo hoc habet ex parte intellectus. Intellectus igitur est unus in omnibus.

Arg. 9. Praeterea, philosophus in III de anima dicit, quod anima est locus specierum. Sed locus est communis diversis quae in loco sunt. Non ergo anima multiplicatur secundum diversos homines.

Arg. 10. Sed dicebat, quod anima dicitur locus specierum, quia est specierum contentiva.- Sed contra, sicut intellectus est contentivus specierum intelligibilium, ita sensus est contentivus specierum sensibilium. Si igitur intellectus est locus specierum, quia est contentivus earum, pari ratione et sensus erit locus specierum; quod est contra philosophum dicentem in III de anima, quod anima est locus specierum, praeter quod non tota, sed intellectiva tantum.

Arg. 11. Praeterea, nihil operatur nisi ubi est. Sed intellectus possibilis operatur ubique: intelligit enim quae sunt in caelo, et quae sunt in terra, et quae sunt ubique. Ergo intellectus possibilis est ubique et ita est in omnibus unus.

Arg. 12. Praeterea, quod est definitum ad aliquid unum particulare, habet materiam determinatam; quia principium individuationis, materia est. Sed

intellectus possibilis non terminatur ad materiam, ut probatur in III de anima. Ergo non definitur ad aliquid particulare, et ita est unus in omnibus.

Arg. 13. Sed dicebat quod intellectus possibilis habet materiam in qua est, ad quam terminatur, scilicet corpus humanum.- Sed contra, principia individuantia debent esse de essentia individuati. Sed corpus non est de essentia intellectus possibilis. Ergo non potest individuari per corpus, et per consequens nec multiplicari.

Arg. 14. Praeterea, philosophus dicit in I de caelo quod si essent plures mundi, essent plures caeli primi. Sed si essent plures primi caeli, essent plures primi motores; et sic primi motores essent materiales. Pari igitur ratione si essent plures intellectus possibiles in pluribus hominibus, intellectus possibilis esset materialis; quod est impossibile.

Arg. 15. Praeterea, si intellectus possibiles sint plures in hominibus, oportet quod remaneant multi corruptis corporibus. Sed tunc, cum non possit in eis esse differentia nisi secundum formam, oportebit quod differant secundum speciem. Cum igitur corrupto corpore speciem aliam non obtineant, quia nihil mutatur de specie in speciem, nisi corrumpatur; etiam ante corruptionem corporum secundum speciem differebant: sed homo habet speciem ab anima intellectiva, ergo diversi homines non sunt eiusdem speciei; quod patet esse falsum.

Arg. 16. Praeterea, id quod est separatum a corpore, non potest multiplicari secundum corpora. Sed intellectus possibilis est separatus a corpore, ut probat philosophus in III de anima. Ergo non potest multiplicari vel distingui secundum corpora; non ergo in pluribus hominibus sunt plures.

Arg. 17. Praeterea, si intellectus possibilis multiplicatur in diversis, oportet quod species intelligibiles multiplicentur in diversis; et ita sequitur quod sint formae individuales. Sed formae individuales non sunt intellectae nisi in potentia; oportet enim quod abstrahatur ab eis universale, quod proprie intelligitur. Formae igitur quae sunt in intellectu possibili, erunt intelligibiles in potentia tantum; et ita intellectus possibilis non poterit intelligi in actu, quod est inconveniens.

Arg. 18. Praeterea, agens et patiens, movens et motum, habent aliquid commune. Phantasma autem comparatur ad intellectum possibilem qui est in nobis, sicut agens ad patiens, et movens ad motum. Ergo intellectus qui est in nobis, habet aliquid commune cum phantasmatis. Sed intellectus possibilis

nihil habet commune cum phantasmatis, ut dicitur in III de anima. Ergo intellectus possibilis est alius ab intellectu qui est in nobis; et ita intellectus possibilis non multiplicatur in diversis hominibus.

Arg. 19. Praeterea, unumquodque, in quantum est unum est. Cuius igitur esse non dependet ab alio, nec unitas eius dependet ab alio. Sed esse intellectus possibilis non dependet a corpore; alias corrumpetur corrupto corpore. Ergo nec unitas intellectus possibilis dependet a corpore, et per consequens nec eius multitudo. Non igitur intellectus possibilis multiplicatur in diversis corporibus.

Arg. 20. Praeterea, philosophus dicit VIII Metaph. quod in illis quae sunt formae tantum, idem est res et quod quid erat esse, idest natura speciei. Sed intellectus possibilis, vel anima intellectiva, est forma tantum: si enim componeretur ex materia et forma, non esset forma alterius. Ergo anima intellectiva est ipsa natura suae speciei. Si igitur natura speciei est una in omnibus animalibus intellectivis, non potest esse quod anima intellectiva multiplicetur in diversis.

Arg. 21. Praeterea, anima non multiplicatur secundum corpora nisi ex eo quod unitur corpori. Sed intellectus possibilis ex ea parte consequitur animam qua corporis excedit unionem. Intellectus igitur possibilis non multiplicatur in hominibus.

Arg. 22. Praeterea, si anima humana multiplicatur secundum divisionem corporum, et intellectus possibilis per multiplicationem animarum, cum constet quod oporteat species intelligibiles multiplicari si intellectus possibilis multiplicetur, relinquitur quod primum multiplicationis principium erit materia corporalis. Sed quod multiplicatur secundum materiam est individuale et non intelligibile in actu. Species igitur quae sunt in intellectu possibili, non erunt intelligibiles actu; quod est inconveniens. Non igitur anima humana et intellectus possibilis multiplicantur in diversis.

Sed contra 1. Per intellectum possibilem homo intelligit. Dicitur enim in III de anima quod intellectus possibilis est quo intelligit anima. Si igitur unus sit intellectus possibilis in omnibus, sequitur quod illud quod unus intelligit alius intelligat; quod patet esse falsum.

Sed contra 2. Praeterea, anima intellectiva comparatur ad corpus ut forma ad materiam, et ut motor ad instrumentum. Sed omnis forma requirit

determinatam materiam, et omnis motor determinata instrumenta. Impossibile est igitur quod sit una anima intellectiva in diversis hominibus.

Conclusio: Respondeo. Dicendum quod ista quaestio aliquantulum dependet a superiori. Si enim intellectus possibilis est substantia separata secundum esse a corpore, necessarium est eum esse unum tantum; quae enim secundum esse sunt a corpore separata, nullo modo per multiplicationem corporum multiplicari possunt. Sed tamen unitas intellectus specialem requirit considerationem, quia specialem habet difficultatem.

Videtur enim in primo aspectu hoc esse impossibile quod unus intellectus sit omnium hominum. Manifestum est enim quod intellectus possibilis comparatur ad perfectiones scientiarum sicut perfectio prima ad secundam, et per intellectum possibilem sumus in potentia scientes; et hoc cogit ad ponendum intellectum possibilem. Manifestum est autem quod perfectiones scientiarum non sunt eadem in omnibus, cum quidam inveniantur habere scientias, quibus alii carent. Hoc autem videtur inconueniens et impossibile quod perfectio secunda non sit una in omnibus, perfectione prima existente una in eis. Sicut est impossibile quod unum subiectum primum sit in actu et in potentia respectu eiusdem formae; sicut quod superficies sit in potentia, et in actu simul alba.

Hoc autem inconueniens evadere nituntur quidam ponentes intellectum possibilem unum in omnibus per hoc quod species intelligibiles, in quibus consistit perfectio scientiae, habent duplex subiectum, ut supra dictum est: scilicet ipsa phantasmata, et intellectum possibilem. Et quia ipsa phantasmata non sunt eadem in omnibus ab illa parte, nec species intelligibiles sunt eadem in omnibus. Ex illa vero parte qua sunt in intellectu possibili, non multiplicantur. Et inde est quod propter diversitatem phantasmatum unus habet scientiam, qua alius caret.

Sed hoc patet frivolum esse ex his quae superius dicta sunt. Species enim non sunt intelligibiles actu nisi per hoc quod a phantasmatibus abstrahuntur, et sunt in intellectu possibili. Diversitas igitur phantasmatum non potest esse causa unitatis vel multiplicationis perfectionis, quae est secundum scientiam intelligibilem. Nec habitus scientiarum sunt sicut in subiecto in aliqua parte pertinente ad animam sensitivam, ut dicunt.

Sed adhuc aliquid difficilius sequetur ponentibus intellectum possibilem esse in omnibus unum. Manifestum est enim quod haec operatio, quae est

intelligere, egreditur ab intellectu possibili sicut a primo principio, per quod intelligimus; sicut haec operatio sentire egreditur a potentia sensitiva. Et licet supra ostensum sit, quod si intellectus possibilis est secundum esse ab homine separatus, non est possibile quod intelligere, quod est intellectus possibilis, sit operatio huius vel illius hominis; tamen hoc causa inquisitionis dato, sequitur quod hic homo vel ille intelligat per ipsum intelligere intellectus possibilis.

Nulla autem operatio potest multiplicari nisi dupliciter: vel ex parte obiectorum, vel ex parte principii operantis. Potest tamen addi et tertium ex parte temporis; sicut cum aliqua operatio recipit interpolationem temporum. Ipsum ergo intelligere, quod est operatio intellectus possibilis, potest quidem multiplicari secundum obiecta, ut aliud sit intelligere hominem, aliud intelligere equum; et etiam secundum tempus, ut aliud sit numero intelligere quod fuit heri, et quod est hodie, si tamen discontinuetur operatio. Non autem potest multiplicari ex parte principii operantis, si intellectus possibilis est unus tantum.

Si igitur ipsum intelligere intellectus possibilis est intelligere hominis huius et illius; poterit quidem aliud esse intelligere huius hominis, et intelligere illius, si diversa intelligent; cuius aliqua ratio esse potest diversitas phantasmatum. Sed diversorum hominum simul idem intelligentium, ut ipsi dicunt, similiter poterit multiplicari ipsum intelligere, scilicet ut unus hodie intelligat, et alius cras. Quod etiam potest referri ad diversum usum phantasmatum; sed duorum hominum simul idem intelligentium, necesse est quod sit unum et idem numero ipsum intelligere, quod manifeste est impossibile. Impossibile est igitur quod intellectus possibilis, quo intelligimus formaliter, sit unus in omnibus.

Si autem per intellectum possibilem intelligeremus sicut per principium activum, quod faceret nos intelligentes per aliquod principium intelligendi in nobis, esset positio magis rationabilis. Nam unum movens movet diversa ad operandum; sed quod aliqua diversa operentur per aliquod unum formaliter, hoc est omnino impossibile. Iterum formae et species rerum naturalium per proprias operationes cognoscuntur. Propria autem operatio hominis in eo quod est homo, est intelligere, et ratione uti; unde oportet quod principium huius operationis, scilicet intellectus, sit illud quo homo speciem sortitur, et non per animam sensitivam, aut per aliam vim eius. Si igitur intellectus possibilis est unus in omnibus, velut quaedam substantia separata; sequitur quod omnes homines sortiantur speciem per unam substantiam separatam; quod est simile positioni idearum, et eandem difficultatem habens.

Unde simpliciter dicendum est quod intellectus possibilis non est unus in omnibus, sed multiplicatur in diversis. Et cum sit quaedam vis vel potentia animae humanae, multiplicatur secundum multiplicationem substantiae ipsius animae, cuius multiplicatio sic considerari potest. Si enim aliquid quod sit de ratione alicuius communis materialem multiplicationem recipiat, necesse est quod illud commune multiplicetur secundum numerum, eadem specie remanente: sicut de ratione animalis sunt carnes et ossa; unde distinctio animalium, quae est secundum has vel illas carnes, facit diversitatem in numero, non in specie.

Manifestum est autem ex his quae supra; dicta sunt, quod de ratione animae humanae est quod corpori humano sit unibilis, cum non habeat in se speciem completam; sed speciei complementum sit in ipso composito. Unde quod sit unibilis huic aut illi corpori, multiplicat animam secundum numerum non autem secundum speciem; sicut et haec albedo differt ab illa numero per hoc quod est esse huius et illius subiecti. Sed in hoc differt anima humana ab aliis formis, quod esse suum non dependet a corpore, nec hoc esse individuum eius a corpore dependet; unumquodque enim, in quantum est unum, est in se indivisum, et ab aliis distinctum.

Ad primum ergo dicendum quod veritas est adaequatio intellectus ad rem. Sic igitur est una veritas quam diversi intelligunt, ex eo quod eorum conceptiones eidem rei adaequantur.

Ad secundum dicendum quod Augustinus se derisibilem profitetur, non si dicat multas animas, sed si dicat multas tantum; ita scilicet quod sint multae et secundum numerum et secundum speciem.

Ad tertium dicendum quod intellectus possibilis non multiplicatur in diversis secundum differentiam alicuius formae, sed secundum multiplicationem substantiae animae, cuius potentia est.

Ad quartum dicendum quod non est necessarium intellectum commune denudari ab eo quod intelligit, sed solum intellectum in potentia; sicut et omne recipiens denudatur a natura recepti. Unde si aliquis intellectus est qui sit actus tantum (sicut intellectus divinus), se intelligit per seipsum. Sed intellectus possibilis intelligibilis dicitur, sicut et alia intelligibilia, quia per speciem intelligibilem aliorum intelligibilium se intelligit. Ex objecto enim cognoscit suam operationem, per quam devenit ad cognitionem sui ipsius.

Ad quintum dicendum quod intellectus possibilis intelligendus est non habere commune cum aliqua naturarum sensibilibus, a quibus sua intelligibilia accipit; communicat tamen unus intellectus possibilis cum alio in specie.

Ad sextum dicendum quod in his quae sunt secundum esse a materia separata, non potest esse distinctio nisi secundum speciem. Diversae autem species in diversis gradibus constitutae sunt; unde et assimilantur numeris, a quibus species diversificatur secundum additionem et subtractionem unitatis. Et ideo secundum positionem quorumdam dicentium, ea quae sunt inferiora in entibus, causari a superioribus, sequitur quod in separatis a materia sit multiplicatio secundum causam et causatum. Sed haec positio secundum fidem non sustinetur. Intellectus ergo possibilis non est substantia separata a materia secundum esse. Unde ratio non est ad propositum.

Ad septimum dicendum quod licet species intelligibilis qua intellectus formaliter intelligit, sit in intellectu possibili istius et illius hominis, ex quo intellectus possibiles sunt plures; id tamen quod intelligitur per huiusmodi species est unum, si consideremus habito respectu ad rem intellectam; quia universale quod intelligitur ab utroque, est idem in omnibus. Et quod per species multiplicatas in diversis, id quod est unum in omnibus possit intelligi, contingit ex immaterialitate specierum, quae repraesentant rem absque materialibus conditionibus individuantes, ex quibus una natura secundum speciem multiplicatur numero in diversis.

Ad octavum dicendum quod secundum Platonicos causa huius quod intelligitur unum in multis, non est ex parte intellectus, sed ex parte rei. Cum enim intellectus noster intelligat aliquid unum in multis; nisi aliqua res esset una participata a multis, videretur quod intellectus esset vanus, non habens aliquid respondens sibi in re. Unde coacti sunt ponere ideas, per quarum participationem et res naturales speciem sortiuntur, et intellectus nostri fiunt universalis intelligentes. Sed secundum sententiam Aristotelis hoc est ab intellectu, scilicet quod intelligat unum in multis per abstractionem a principiis individuantes. Nec tamen intellectus est vanus aut falsus, licet non sit aliquid abstractum in rerum natura. Quia eorum quae sunt simul, unum potest vere intelligi aut nominari, absque hoc quod intelligatur vel nominetur alterum; licet non possit vere intelligi vel dici, quod eorum quae sunt simul, unum sit sine altero. Sic igitur vere potest considerari et dici id quod est in aliquo individuo, de natura speciei, in quo simile est cum aliis, absque eo quod considerentur in eo principia individuantes, secundum quae distinguitur ab omnibus aliis. Sic

ergo sua abstractione intellectus facit istam unitatem universalem, non eo quod sit unus in omnibus, sed in quantum est immaterialis

Ad nonum dicendum quod intellectus est locus specierum, eo quod continet species; unde non sequitur quod intellectus possibilis sit unus omnium hominum, sed unus et communis omnibus speciebus.

Ad decimum dicendum quod sensus non recipit species absque organo; et ideo non dicitur locus specierum, sicut intellectus.

Ad undecimum dicendum quod intellectus possibilis potest dici ubique operari, non quia operatio eius sit ubique, sed quia operatio eius est circa ea quae sunt ubique.

Ad duodecimum dicendum quod intellectus possibilis, licet materiam determinatam non habeat, tamen substantia animae, cuius est potentia, habet materiam determinatam, non ex qua sit, sed in qua sit.

Ad decimumtertium dicendum quod principia individuantia omnium formarum, non sunt de essentia earum, sed hoc solum verum est in compositis.

Ad decimumquartum dicendum quod primus motor caeli est omnino separatus a materia etiam secundum esse; unde nullo modo potest numero multiplicari: non est autem simile de anima humana.

Ad decimumquintum dicendum quod animae separatae non differunt specie, sed numero, ex eo quod sunt tali vel tali corpori unibiles.

Ad decimumsextum dicendum quod licet intellectus possibilis sit separatus a corpore quantum ad operationem; est tamen potentia animae, quae est actus corporis.

Ad decimumseptimum dicendum quod aliquid est intellectum in potentia, non ex eo quod est individuale, sed ex eo quod est materiale; unde species intelligibiles, quae immaterialiter recipiuntur in intellectu, etsi sint individuatae, sunt intellectae in actu. Et praeterea idem sequitur apud ponentes intellectum possibilem esse unum; quia si intellectus possibilis est unus sicut quaedam substantia separata, oportet quod sit aliquod individuum; sicut et de ideis Platonis Aristoteles argumentatur. Et eadem ratione species intelligibiles in

ipso essent individuatae, et essent etiam diversae in diversis intellectibus separatis, cum omnis intelligentia sit plena formis intelligibilibus.

Ad decimumoctavum dicendum quod phantasma movet intellectum prout est factum intelligibile actu, virtute intellectus agentis ad quam comparatur intellectus possibilis sicut potentia ad agens, et ita cum eo communicat.

Ad decimumnonum dicendum quod, licet esse animae intellectivae non dependeat a corpore, tamen habet habitudinem ad corpus naturaliter, propter perfectionem suae speciei.

Ad vicesimum dicendum quod, licet anima humana non habeat materiam partem sui, est tamen forma corporis; et ideo quod quid erat esse suum, includit habitudinem ad corpus.

Ad vicesimumprimum dicendum quod, licet intellectus possibilis elevetur supra corpus, non tamen elevatur supra totam substantiam animae, quae multiplicatur secundum habitudinem ad diversa corpora.

Ad vicesimumsecundum dicendum quod ratio illa procederet, si corpus sic uniretur animae quasi totam essentiam et virtutem comprehendens; sic enim oporteret quidquid est in anima esse materiale. Sed hoc non est ita, ut supra manifestatum est; unde ratio non sequitur.

AQUINATE

<http://www.aquinate.net/traduções.html>**São Tomás de Aquino**
Questão disputada sobre a alma.

[Tradução Prof. Dr. Paulo Faitanin]

Artigo 3**Terceiro se pergunta se o intelecto possível ou a alma intelectiva é um para todos.**

E parece que sim.

Arg. 1. Com efeito, a perfeição é proporcionada ao perfectível. Ora, a verdade é a perfeição do intelecto: pois, a verdade é um bem do intelecto, como diz o Filósofo em *Ética* VI, 2, 1139a 27-30. Por conseguinte, sendo uma verdade que todos conhecem, parece que o intelecto possível é um para todos.

Arg. 2. Ademais, diz Agostinho no livro *Sobre a quantidade da alma*, c. 32, 69 [PL 32, 1073]: “Não sei o que responder a ti acerca do número das almas. Pois se te dissesse que existe uma alma, tu perturbar-te-ias, pois uma seria feliz e outra triste: mas uma coisa não pode ser simultaneamente feliz e triste. Se te dissesse que existe uma e ao mesmo tempo muitas, tu ririas; e não seria fácil para eu conter o teu riso. Se te dissesse unicamente que há muitas, riria de mim mesmo, mais por minha displicência do que por tua declaração”. Logo, parece ser ridículo que existam várias almas para vários homens.

Arg. 3. Ademais, tudo o que se distingue de outro, distingue-se por meio de alguma natureza determinada que possua. Ora, o intelecto possível está em potência a toda forma, não tendo nenhuma em ato. Logo, o intelecto possível não tem o que lhe distingue; portanto, nem o que lhe multiplica, sendo muitos intelectos para diversos.

Arg. 4. Ademais, o intelecto possível desnuda-se de tudo que é inteligido; porque nada há neles antes de inteligir, como se diz em *Sobre a alma*, III, 4, 429^a 21-22. Ora, como se diz no mesmo lugar, o intelecto desnuda-se de si mesmo; e, deste modo, não tem como multiplicar-se em diversos.

Arg. 5. Ademais, em todas as coisas que são distintas e múltiplas é preciso que exista algo comum: pois, ‘homem’ é o que há de comum em vários homens e a ‘alma’ em vários animais. Ora, o intelecto possível não tem nada em comum com nenhum outro intelecto possível. Logo, o intelecto possível não pode distinguir-se e multiplicar-se em muitos.

Arg. 6. Ademais, como diz o Rabino Moisés em *O Guia dos Perplexos*, II, 16, aquelas coisas que são separadas da matéria não se multiplicam senão conforme a relação de causa e efeito. Ora, o intelecto de um homem não é a causa do intelecto ou da alma de outro. Logo, sendo o intelecto possível separado, como se diz em *Sobre a alma*, III, 4, 429b 5; não existirá múltiplos intelectos possíveis em diversos.

Arg. 7. Ademais, diz o Filósofo em *Sobre a alma*, III, 4, 430^a 3-4, que uma mesma coisa é o intelecto e o que se entende. Ora, aquilo que se entende é o mesmo para todos. Logo, o intelecto possível é um para todos os homens.

Arg. 8. Ademais, aquilo que é entendido é universal, que é um em muitos. Ora, a forma entendida não adquire esta unidade por parte da coisa: pois a forma do homem não existe nas coisas a não ser individuada e multiplicada em muitos. Logo, sua unidade é por parte do intelecto. Por conseguinte, o intelecto é um para todos.

Arg. 9. Ademais, o Filósofo diz em *Sobre a alma*, III, 4, 429^a 27-29, que a alma é o lugar das espécies. Ora, o lugar é comum para as diversas coisas que o ocupam. Portanto, a alma não se multiplica segundo os diversos homens.

Arg. 10. Mas poder-se-ia dizer que a alma se diz lugar das espécies, porque contém as espécies. Mas ao contrário, assim como o intelecto contém as espécies inteligíveis, assim também o sentido contém as espécies sensíveis. Se, portanto, o intelecto é o lugar das espécies, porque as contém; pela mesma razão o sentido será o lugar das espécies; o que é contra o que diz o Filósofo em *Sobre a alma*, III, 4, 429^a 27-29, que a alma é o lugar das espécies, embora não toda ela, mas só a intelectiva.

Arg. 11. Ademais, nada opera senão onde esteja. Ora, se o intelecto possível atua em qualquer lugar: pois entende as coisas que existem no céu e as que existem na terra e as que estejam em qualquer lugar. Logo, o intelecto possível está em qualquer lugar e do mesmo modo é um para todos.

Arg. 12. Ademais, o que é definido como algo particular tem matéria determinada; porque a matéria é o princípio de individuação. Ora, o intelecto possível não é determinado pela matéria como se prova em *Sobre a alma*, III, 4, 429^a 18-30. Logo, o intelecto possível não é definido como algo particular e, por isso, é um para muitos.

Arg. 13. Mas poder-se-ia dizer que o intelecto possível tem matéria na qual existe, que a determina, como o corpo humano. Mas ao contrário, os princípios que individuem devem ser da essência do que se individua. Ora, o corpo não é da essência do intelecto possível. Logo, o intelecto possível não pode ser individuado pelo corpo e, por conseguinte, nem multiplicar-se.

Arg. 14. Ademais, o Filósofo diz em *Sobre o céu*, I [ver: *Metafísica*, XII, 8, 1074 a 31-38] que se existissem muitos mundos, existiriam muitos primeiros céus. Ora, se existissem muitos primeiros céus, existiriam muitos primeiros motores; e assim existiriam muitos primeiros motores materiais. Portanto, pela mesma razão, se existissem muitos intelectos possíveis em muitos homens, o intelecto possível seria material; o que é impossível.

Arg. 15. Ademais, se os intelectos possíveis são diversos em vários homens, é necessário que permanecessem com as múltiplas corrupções dos corpos. Ora, então, não podendo existir neles senão uma diferença segundo a forma, seria necessário que se distinguissem segundo a espécie. Como, pois, ao ser corrompido o corpo não obtém outra espécie, porque nada muda de espécie para espécie, exceto que se corrompa; antes também da corrupção dos corpos, diferenciavam segundo a espécie: ora, o homem tem a espécie pela alma intelectiva, portanto, diversos homens não existem numa mesma espécie; o que é evidente ser falso.

Arg. 16. Ademais, aquilo que é separado do corpo não pode multiplicar-se segundo os corpos. Ora, o intelecto possível é separado do corpo, como prova o Filósofo em *Sobre a alma*, III, 4, 429^a 24-27. Logo, não pode multiplicar-se ou distinguir-se segundo os corpos; Portanto, não são muitos em diversos homens.

Arg. 17. Ademais, se o intelecto possível se multiplicasse em muitos, seria preciso que as espécies inteligíveis se multiplicassem em muitas; e, assim, se seguiria que seriam formas individuais. Ora, as formas individuais não são inteligidas, a não ser em potência; é preciso, pois, que se lhe abstraia o universal, o que propriamente se entende. Portanto, as formas que estão no

intelecto possível serão inteligidas só em potência; e, assim, o intelecto possível não poderá inteligir em ato, o que é inconveniente.

Arg. 18. Ademais, há algo em comum entre o agente e o paciente, entre o móvel e o motor. As imagens são comparadas ao intelecto possível, que existe em nós, como o agente ao paciente e como o móvel ao motor. Portanto, o intelecto que existe em nós tem algo em comum com as imagens. Ora, o intelecto possível nada tem de comum com as imagens como se diz em *Sobre a alma*, III, 4, 429^a 23-24. Logo, o intelecto possível é distinto do intelecto que existe em nós; e do mesmo modo, o intelecto possível não se multiplica em diversos homens.

Arg. 19. Ademais, cada coisa, enquanto existe, é uma. Por isso, aquilo cujo ser não depende de outro, nem a sua unidade depende de outro. Ora, o ser do intelecto possível não depende do corpo; de outro modo, corrompido o corpo seria o intelecto corrompido. Logo, nem a unidade do intelecto possível depende do corpo e, por conseguinte, nem de sua multiplicidade. Por conseguinte, o intelecto possível não se multiplica em diversos corpos.

Arg. 20. Ademais, o Filósofo diz em *Metafísica*, VIII, 6, 1045^a 36-1045b 7, que naquelas coisas que são só formas, aquelas que são o mesmo que a sua essência, isto é, a natureza da espécie. Ora, o intelecto possível ou a alma intelectiva, é só forma: se fosse, pois, composta de matéria e forma, não seria forma de outra coisa. Logo, a alma intelectiva é a própria natureza de sua espécie. Se, portanto, a natureza da espécie é uma para todos os animais intelectuais, não poderia ser que a alma intelectiva se multiplicasse em muitos.

Arg. 21. Ademais, a alma não se multiplica segundo os corpos, exceto se unida ao corpo. Ora, o intelecto possível pertence àquela parte da alma a qual transcende a união com o corpo. Logo, o intelecto possível não se multiplica nos homens.

Arg. 22. Ademais, se a alma humana se multiplica conforme a divisão dos corpos e o intelecto possível pela multiplicação das almas, então, dado, pois, que é necessário que as espécies inteligíveis se multipliquem se o intelecto possível se multiplica, resta, pois, afirmar que o primeiro princípio de multiplicação será a matéria corporal. Ora, aquilo que se multiplica segundo a matéria é individual e não inteligível em ato. Por conseguinte, as espécies que existem no intelecto possível não serão inteligíveis em ato; o que é

inconveniente. Portanto, a alma humana e o intelecto possível não são multiplicados em muitos.

Mas contra 1. O homem entende pelo intelecto possível. Diz-se, pois, em *Sobre a alma*, III, 4, 429^a 23 que o intelecto possível pelo qual a alma entende. Portanto, se fosse um só intelecto possível para todos, seguir-se-ia que o que um entende deve ser entendido pelo outro; o que se evidencia falso.

Mas contra 2. Ademais, a alma intelectual compara-se ao corpo como a forma à matéria e como o motor ao instrumento. Ora, toda forma requer uma determinada matéria, como todo motor determinados instrumentos. Por conseguinte, é impossível que exista uma alma intelectual para diversos homens.

Conclusão. Respondo dizendo que esta questão, de algum modo, depende de outra anterior. Se, pois, o intelecto possível é uma substância separada do corpo segundo o ser, é necessário que o seu ser seja um só; pois, as coisas que existem separadas do corpo conforme o ser, elas não podem de modo algum multiplicar-se pela multiplicação dos corpos. Mas a unidade do intelecto requer ainda uma consideração especial, pois oferece especial dificuldade.

Parece, pois, impossível, num primeiro momento, que o intelecto seja um para todos. Deve-se esclarecer, pois, que o intelecto possível compara-se às perfeições das ciências, como a primeira perfeição à segunda, e pelo intelecto possível somos sábios em potência; e isso permite falar do intelecto possível. Mas deve-se ter claro que as perfeições das ciências não são as mesmas em todos, enquanto as ciências são encontradas em alguns, outros carecem delas. Mas isto parece ser inconveniente e impossível, a saber, que a perfeição segunda não é uma para todos, se a perfeição primeira existente o é. Como também é impossível que um primeiro sujeito esteja em ato e em potência com relação a uma mesma forma; como, por exemplo, que uma superfície esteja ao mesmo tempo em potência e em ato para a cor branca.

Mas alguns se esforçam para evitar este inconveniente colocando o intelecto possível como sendo um para todos, mediante o fato de que as espécies inteligíveis, nas quais consiste a perfeição da ciência, têm duplo sujeito, como acima foi dito, a saber, as próprias imagens e o intelecto possível. Se por um lado, as próprias imagens não são, pois, as mesmas para todos, nem as espécies inteligíveis são as mesmas para todos, por outro lado, verdadeiramente são as mesmas para todos e não se multiplicam enquanto

estão no intelecto possível. E disso se segue que por causa da diversidade das imagens um tem a ciência, enquanto outro carece dela.

Mas isto parece frívolo com relação ao que dissemos mais acima. As espécies não são, pois, inteligíveis em ato, exceto se são abstraídas das imagens e colocadas no intelecto possível. Por isso, a diversidade de imagens não pode ser a causa da unidade ou da multiplicidade de perfeição, que é segundo a ciência inteligível. Nem o hábito das ciências existe como num sujeito, em alguma parte que pertence à alma sensitiva, como dizem.

Mas uma outra coisa ainda mais difícil se segue se o intelecto possível for colocado como sendo um para todos. Deve-se esclarecer, pois, que esta operação que é o inteligir, inicia-se a partir do intelecto possível, como de um primeiro princípio, por meio do qual inteligimos; tal como esta operação que é o sentir inicia-se a partir da potência sensitiva. E ainda que tenha sido demonstrado acima que se o intelecto possível é separado do homem segundo o ser, não é possível que o inteligir, que é próprio do intelecto possível, fosse operação deste ou daquele homem; suposto ainda isto como a causa da pergunta, seguir-se-ia que este ou aquele homem inteligiria pelo mesmo inteligir do intelecto possível.

Mas nenhuma operação pode multiplicar-se senão de dois modos: ou por parte dos objetos, ou por parte do princípio da operação. Pode-se ainda acrescentar uma terceira por parte do tempo; como quando alguma operação se realiza segundo a interpolação dos tempos. Portanto, o próprio inteligir, que é a operação do intelecto possível, pode, na verdade, multiplicar-se segundo os objetos, enquanto, de um modo, entende o homem e, de outro, o cavalo; e também pode multiplicar-se segundo o tempo, enquanto um é o inteligir numericamente do que ocorreu ontem e outro é o do que ocorre hoje, se a operação ainda é descontínua. Mas o inteligir não pode multiplicar-se por parte do princípio da operação se o intelecto possível é um para todos.

Se, portanto, o inteligir do intelecto possível é o mesmo inteligir deste e daquele homem; poderia, pois, ser diferente o inteligir deste e daquele homem, se entendem coisas diversas, cuja razão pudesse ser a diversidade das imagens? Ora, se diversos homens podem inteligir simultaneamente uma mesma realidade, tal como eles dizem, do mesmo modo poderá multiplicar-se o mesmo inteligir, isto é, o que um entende hoje, outro o entende amanhã. O que também pode referir-se aos diversos usos das imagens; ora, para que dois homens possam inteligir simultaneamente a mesma realidade é necessário que

seja único e mesmo o inteligir, o que é manifestamente impossível. Por conseguinte, é impossível que o intelecto possível, por meio do qual formalmente inteligimos, seja um para todos.

Seria uma posição mais racional se, porém, pelo intelecto possível inteligíssemos como por meio de um princípio ativo que nos fizesse inteligentes por meio de algum princípio de intelecção existente em nós. Um movente move, pois, diversos para que operem; ora, é absolutamente impossível que algumas coisas diversas entre si sejam formalmente operadas por algo que lhes seja único. Assim, as formas e as espécies das coisas naturais são conhecidas por suas próprias operações. Mas a operação própria do homem enquanto homem é o inteligir e o uso da razão; daí que é preciso que o princípio desta operação, ou seja, o intelecto, seja algo que se encontre na espécie humana e não a alma sensitiva ou outra potência sua. Se, portanto, o intelecto possível fosse uma substância separada para todos; seguir-se-ia que todos os homens constituiriam uma espécie por causa de uma substância separada; o que é semelhante à posição da doutrina das idéias e tem a mesma dificuldade.

Daí que, falando de um modo absoluto, o intelecto possível não é um para todos, mas se multiplica em muitos. E como se trata de alguma faculdade ou potência da alma humana, ela se multiplica segundo a multiplicação da substância da própria alma, cuja multiplicação pode ser assim considerada. Se recebesse, pois, a multiplicação de algo que fosse de natureza material comum, seria necessário que aquilo que fosse comum multiplicasse segundo o número, permanecendo a mesma espécie: como pertencem à natureza do animal as carnes e os ossos; daí que a distinção dos animais, que é segundo estas ou aquelas carnes, causa a diversidade numérica, não específica.

Deve-se esclarecer, a partir do que foi dito acima, que é da natureza da alma humana ser capaz de unir-se ao corpo humano, não constituindo em si mesma uma espécie completa; mas o complemento da espécie seja na própria composição. Onde, ao se unir a este ou aquele corpo, multiplica-se a alma segundo a unidade numérica, não, porém, segundo a espécie; tal como esta brancura difere daquela outra numericamente, enquanto existe neste ou naquele sujeito. Ora, é nisto que difere a alma humana das outras formas, que o seu ser não depende do corpo, nem o seu ser individuado depende do seu corpo, pois cada uma, enquanto é uma, é em si mesma indivisível e distinta de todas as demais.

Ao primeiro, respondo dizendo que a verdade é uma adequação do intelecto com a realidade. Assim, pois, é uma a verdade que vários inteligem, na medida em que suas concepções se adequam com a mesma realidade.

Ao segundo, respondo dizendo que Agostinho seria objeto de riso não se dissesse que há muitas almas, mas se dissesse que há muitas almas únicas; ou seja, se dissesse que quantas fossem segundo a unidade numérica tantas fossem segundo a espécie.

Ao terceiro, respondo dizendo que o intelecto possível não se multiplica em muitos segundo a diferença de alguma forma, mas segundo a multiplicação da substância da alma, da qual é potência.

Ao quarto, respondo dizendo que não é necessário que o intelecto se despoje de tudo o que entende, mas só o intelecto em potência; como todo recipiente despoja-se da natureza recebida. Daí que se algum intelecto seja só ato (como o intelecto divino), ele se entende por si mesmo. Ora, o intelecto possível se diz inteligível, como também as outras coisas inteligíveis, na medida em que se entende a si mesmo, mediante a espécie inteligível de outros inteligíveis. O intelecto conhece a sua operação por meio do objeto, e por meio da operação chega a conhecer a si mesmo.

Ao quinto, respondo dizendo que se deve saber que o intelecto possível não tem nada de comum com alguma das naturezas sensíveis, das quais toma os seus inteligíveis; embora um intelecto possível comparta com um outro a espécie.

Ao sexto, respondo dizendo que estas coisas que segundo o ser existem separadas da matéria nelas não pode haver distinção senão segundo a espécie. Mas as diversas espécies são constituídas em diversos graus; donde se assemelham aos números nos quais se diversificam tais espécies segundo a adição e a subtração da unidade. E por isso, segundo a posição daqueles que dizem que nos entes aquelas coisas que são inferiores são causadas pelas superiores, se segue que o que existe separado da matéria se multiplique segundo a relação de causa e causado. Ora, esta posição não se sustenta segundo a fé. Portanto, o intelecto possível não é uma substância separada da matéria segundo o ser. Onde este argumento não se aplica ao propósito.

Ao sétimo, respondo dizendo que de fato as espécies inteligíveis pelas quais o intelecto formalmente entende, existe no intelecto possível deste ou daquele

homem; do que se segue que sejam vários os intelectos possíveis; isto que todavia se entende por meio desta espécie é algo uno, se consideramos o conteúdo possuído com respeito à realidade inteligida; porque o universal inteligido por ambos é o mesmo para todos. E o que é pelas espécies multiplicadas em muitos, aquilo que é um para todos pode entender, por causa da imaterialidade das espécies, que representam a realidade sem as condições materiais individuantes, a partir das quais uma mesma espécie, segundo a sua natureza, pode ser multiplicada em diversas unidades numéricas.

Ao oitavo, respondo dizendo que segundo os platônicos a causa pela qual se entende um em muitos, não é por parte do intelecto, mas da parte da realidade. Como, pois, nosso intelecto entende algo uno em muitos só quando ela seja participada por muitos, pareceria que o intelecto seria inútil se não tivesse algo que se lhe correspondesse na realidade. Por isso se viram coagidos a estabelecer as idéias, por cuja participação são constituídas as espécies das realidades naturais, e assim nosso intelecto tornam os universais inteligíveis. Mas segundo o ensinamento de Aristóteles só pelo intelecto que se entende um em muitos, enquanto abstrai os princípios individuantes. O intelecto não é nem mesmo inútil ou falso, por não haver algo abstrato na realidade. Porque naquelas coisas em que algo se dá ao mesmo tempo em que outra, uma pode ser verdadeiramente inteligida e nomeada, sem que com isso outra seja inteligida ou nomeada; ainda que não possa verdadeiramente ser inteligida ou dita uma sem a outra, no caso daquelas coisas que se dão simultaneamente. Assim, pois, é possível considerar e dizer algo da natureza da espécie daquilo que existe em algo individualmente, justamente isso que seja semelhante com os outros, sem que sejam considerados dele os seus princípios individuantes, que o distinguem de todos os demais. Assim, pois, o intelecto por meio de sua abstração produz uma unidade universal, não enquanto seja um em muitos, mas enquanto é imaterial.

Ao nono, respondo dizendo que o intelecto é o lugar das espécies, aquilo que contem as espécies; onde não se segue que o intelecto possível seja um para todos os homens, mas único em cada homem e as espécies comuns para todos os homens.

Ao décimo, respondo dizendo que o sentido não recebe a espécie sem o órgão; e por isso não se diz lugar das espécies, como é o intelecto.

Ao décimo primeiro, respondo dizendo que o intelecto possível pode operar em qualquer lugar, não porque sua operação esteja em qualquer lugar, mas porque sua operação tem por objeto aquilo que está em qualquer lugar.

Ao décimo segundo, respondo dizendo que o intelecto possível embora não tenha uma matéria determinada, todavia, a substância da alma, de cuja é potência, tem matéria determinada, não matéria da qual seja feita, mas matéria na qual exista.

Ao décimo terceiro, respondo dizendo que os princípios individuantes de todas as formas não pertencem à essência delas, pois isto só é verdadeiro nas coisas compostas.

Ao décimo quarto, respondo dizendo que o primeiro motor do céu está absolutamente separado da matéria, segundo o seu ser; donde de nenhum modo pode multiplicar-se numericamente: portanto, não é semelhante ao caso da alma humana.

Ao décimo quinto, respondo dizendo que as almas separadas não se distinguem segundo a espécie, mas numericamente, por serem aptas a unir a tal ou tal corpo.

Ao décimo sexto, respondo dizendo que ainda que o intelecto possível esteja separado do corpo quanto à sua operação, é uma potência da alma, que é ato do corpo.

Ao décimo sétimo, respondo dizendo que as coisas não são inteligidas em potência por serem individuais, mas por serem materiais; donde as espécies inteligíveis que são recebidas imaterialmente no intelecto, embora sejam individuais, são inteligidas em ato. E o mesmo também se aplica àqueles que colocam o intelecto possível como sendo um; porque se o intelecto possível é um, como alguma substância separada, é preciso que seja algo individual; como argumentou Aristóteles acerca das idéias de Platão. E pela mesma razão, as espécies inteligidas no próprio intelecto seriam individuais e também seriam diversas nos diversos intelectos separados, estando toda inteligência cheia de formas inteligíveis.

Ao décimo oitavo, respondo dizendo que a imagem move o intelecto enquanto se torna inteligível em ato pela virtude do intelecto agente, ao qual

se compara o intelecto possível, como a potência se compara com o agente, e é assim o modo como se relaciona com ele.

Ao décimo nono, respondo dizendo que, embora o ser da alma intelectiva não dependa do corpo, tem, no entanto, naturalmente uma aptidão para o corpo, por causa da perfeição da sua espécie.

Ao vigésimo, respondo dizendo que, embora a alma humana não tenha matéria como parte sua, ela, mesmo assim, é forma do corpo; e, por isso, sua essência inclui aptidão para o corpo.

Ao vigésimo primeiro, respondo dizendo que apesar do intelecto possível elevar-se acima do corpo, não pode, contudo, elevar-se acima de toda a substância da alma, que se multiplica segundo sua aptidão aos diversos corpos.

Ao vigésimo segundo, respondo dizendo que aquele argumento procederia se o corpo se unisse à alma de tal maneira que compreendesse toda a sua essência e capacidade; assim, pois, seria necessário que tudo o que existisse na alma fosse material. Ora, isto não é assim, como foi demonstrado acima, donde não proceder tal argumento.